



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitvlvm IV. Præterea.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

stinnit, nam jus Patronatus spirituale est, iurium autem spiritualium Laicus non est capax, nisi ex concessione, & donatione Ecclesiae *c. 114. 25. de decimis*. Hinc colligit *Gloss. recepta in Clem. 2. verbo amplius, de prabendis*, quod Papa possit Patronatui Laicorum, in conferendis beneficijs derogare, licet non facile soleat, nec censetur derogare, nisi exprimat, Vide *c. cum dilectus 27. bovis*.

2 Notandum secundum. Unius beneficii unus debet esse beneficiarius, cum jus, ac titulus beneficii dividi non possit *c. majoribus 8. c. videlicet 25. de praben.*

3 Notandum tertium. Licet à pluribus Patronis presentatus (prout explicatum est *in c. 1. hoc tit*) si idoneus sit, jus acquirat ad beneficium, & ideo instituendus sit; excipitur tamen, si sine scandalo institui non possit. Ita hic, & simile quid habetur *in c. cum teneamur. 6. de praben.* ubi dicitur, si sine scandalo non possit provideri beneficium ei, cui Papa mandavit, mandatum non esse tradendum executioni; exemplum est, si Parochianus exofus sit is, qui presentatur, & ideo institutioni eius se opponant, *argum. c. ult. distin. 63.*

4 Notandum quartum. Duo casus sunt, in quibus Episcopus in beneficio patronato liberam institutionem habet. Unus est, de quo dixi *in 3. not.* Verum si in hoc ipso casu Patroni alium idoneum presentare velint, concedendum ipsis est, uti constat ex *ijs, quae docui l. 4. tra. 2. c. 13. n. 6. & 7.* Alter, si inter Patronos quaestio de iure presentandi orta, inter 4. menses à die vacationis beneficii numerandos, non sit finita, si Patronatus Laicus est; & intra 6. menses, si Patronatus Ecclesiasticus *c. cum te 22. c. cum propter hoc tit.* Imò universim dicendum ex *c. unico §. verum hoc tit. in 6.* quod Patronus Laicus 4. tantum menses habet ad presentandum, Ecclesiasticus autem 6. menses, quibus elapsis, si nemo presentatus sit, Episcopus liberè instituere potest, ut dixi *in cit. c. 13. n. 4. & de Pralat. Ecclesiast. 9. 32.*

Quaestio est, si electio Praelati ob motam controversiam de iure eligendi, ultra 3. vel 6. menses prorrahatur, num Episcopus, ad quem pertinet electum confirmare, liberè providere Ecclesiae possit, Negandum est *cum And. hic n. 7. Host. & Abbas n. 6.* quia de electione in iure expressum non est, sed potius oppositum significatum *in c. 7. de integ. restit.* neque licet extensionem hanc ob rationis similitudinem, cum disceptatio sit de presentatione, & electione, partim quia jus presentandi ex gratia datur est, & ideo facilius ei derogatur postulantibus causâ; at verò jus electionis magis debitum *c. l. de elect. c. quanto 10. dist. 63. fin.* nius quoque & potentius est, uti explicatur in eadem disputatione *de Pralat. 9. 21. partim* quia ex derogatione electionis magis praesudicium inferitur, si collegio, aut universitati contra eius voluntatem obtrudatur Praelatus, quem non optatum confirmat, aut oderit *c. ult. dist. 63. quod posticulum* non ita cernitur in derogatione iuris presentandi, prout hic Abbas notavit *n. 6.* Quamobrem alia notari potest differentia, quod in casu motae lris inter Patronos tempus quadrimestre, aut semestris currat etiam impedito, quamvis omnis negligentia cesserit; sed secus est de tempore electoribus constituto, quod non currit legitime impeditis, sicut explicavi *in cit. dist. 32. & docent Andr. & Abbas l. c.*

## CAPITVLVM IV.

## Praeterea.

## PARAPHRASIS.

Laici quandoque in eam audaciam demerunt, ut neglectâ Episcoporum auctoritate Clericos in Ecclesijs instituant, & removeant, possessiones quoque, & bona Ecclesiastica suo arbitrio distrahant; eos *Alex. III. in Conc. Lateran. 14.* decernit, esse excommunicandos, at verò Clericum, qui Ecclesiam à Laico sine proprii Episcopi auctoritate acceptam

privandum; si in delicto persistit, ab Ordine & Ministerio Ecclesiastico deponendum.

## SUMMARIUM.

1. Patroni Laici institutionem, & destitutionem beneficiorum sibi vendicare non debent.
2. Ita, ut etiam Clericus talem institutionem admittens sit excommunicandus.

Notandum primum. Patroni Laici institutionem, & destitutionem beneficiorum vendicare sibi non debent, alioquin post monitionem Canonicam excommunicari debent: at verò jure *Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de ref.* videtur esse excommunicatio sententiæ latæ, nam Laici jurium spirituum capaces non sunt, neque de rebus, aut personis Ecclesiasticis ulla ipsis disponendi facultas competit *c. 2. de jud. c. tua 25. de decimis*, nisi quatenus à Sacris Canonibus, vel Sede Romanâ ipsis commissum, aut concessum requiritur: & ita concessum est Laicis Patronis jus præsentationis, non autem jus institutionis, aut amotionis, quia hoc longè majus, & potentius est, quàm illud, siquidem præsentatio beneficiarj ad Superiorem Ecclesiasticum dirigitur, à quo immediatè & propriè jus ad beneficium per institutionem acquirit præsentatus, uti colligitur *ex c. sequente*. Eiusdem porro Episcopi, seu ordinarij est destituere, cujus est instituere, uti ex recepta doctrina tradit *Parisius Flam. de resig. l. 7. q. 24. n. 21*. Hinc sequitur, quòd Papa per potestatem absolutam dare possit Laico facultatem instituendi, ac destituendi beneficiarios, ut hîc notavit *And. n. 2. Barb. n. 2.* nam per talem concessionem, seu immissionem Laicus jurium spiritualium capax esse potest, cum non agat auctoritate propria & sæculari, sed potiùs Ecclesiastica, prout docui *in eadem disp. de Pralat. q. 20. & q. 234.* ubi de Sanctimonialibus, quòd possunt beneficia conferre.

Notandum secundum. Si Clericus in Ecclesia se investire, aut intitulari à Laico permiserit sine Episcopi auctoritate, excommunicandus; si non destiterit, pœnâ depositionis afficiendus est. Simile quid habetur *in c. velatum 21. hoc tit. & c. si quis 16. q. 7.* & pariter intrusus per laicam potestatem, si Canonicam postea institutionem impetare velit, intrusionis vitium explicare tenetur, cum per id ad beneficium, in quod intrusus est, inhabilis factus sit, uti *Abbas hic* notavit *num. 2.* Sed neque ad aliud beneficium, aut dignitatem sine dispensatione talem promoveri posse, habetur *in Concilio Later.* sub Leone X. in decreto contra violatores Ecclesiasticæ libertatis, quod incipit *Regimini*. Simile quiddam habetur *in c. quisquis 43. de elect.* ut is, qui ad Prælaturam per abusum sæcularis principis eligi se passus est, ineligibilis fiat.

## CAPITULUM V.

## Quod autem.

## PARAPHRASIS.

Quæsitum est ex *Alexan. III.* si Clericus idoneus à patrono præsentatus est ad Ecclesiam vacantem, sed à Diœcesano non institutus, postea verò alius Clericus etiam idoneus præsentatus, & institutus, qui & possessionem teneat corporalem, num priore Clerico beneficium petente posterior removendus sit, an verò iste priori præferendus. Respondit Papa, quòd in casu isto melior sit conditio possidentis, propterea, quòd priusquam à Diœcesano præsentatio approbata est, ratum non est, quòd à Patrono fuit inchoatum. Ulteriùs respondet Papa, si Laici Clericis, aut collegijs sacris donationes, aut concessionem per instrumenta faciunt talibus verbis: *concessi. vel dedi vobis Ecclesiam, & presente charta firmavi.* nisi Episcopi consensus accesserit, nihil agi, quia pro non dato habetur, quòd ab illo datur, qui non potest de jure donare.

Nun;

Sum-